

Sigismundus primus rex Polo:
nie, Ludovico Hungaria et Bohe:
mia regi

107
Serenissime etc. Cubicularius noster bi:
nas nobis literas à maiestate vestra re:
tulit, quarum alterius dilationem termini
in causa Bohemica, ut postulavimus,
dederat, alterius optat à nobis, ut indui:
as cum illustri domino magistro Brus:
sia prorogemus. De dilatione termini agi:
mus plurimas gratias maiestati vestre,
quod consilio et postulatis nostris an:
nuent, cogitabimus vero interim, quo pa:
cto in in ea re sit à nobis maiestati
vestra quam optime consultum, siquidem
hoc adversissimo tempore nihil magis ex:
pedire arbitramur maiestati vestre, quam
cum foris turba et difficultates immi:
neant, domi omnia unita sint et quiesca,
ut tanto commodius maiestas vestra suos
subditos ad opitulandum sibi induce:
re possit.

De prorogandis induiis non est no:
bis integrum, ut quidquam in prasens
maiestati vestre respondeamus, res enim
haec non adeo ad nos, quam ad univer:
sum regnum nostrum attinet. Verum ta:
metsi hoc agat magister, ut huius dila:

tioni:

tionibus se à debito nobis prestando
sensim subtrahat, et ii principes qui
utrumque nostrum ad eiusmodi pacem
et inducias causa rei christiane conhor:
tantur, id curant, ut nos solos commu:
ni discrimini obices faciant, cum ipsi
interim sine fine, etiam pro alienis iu:
ribus inter se decertant, et nihil mi:
nus pensi habent, quam nostrum et
commune rei christiane discrimen, nos
tamen consultis consiliariis et regni:
colis nostris, quidquid in ea re consti:
tuimus, alio tempore maiestati vestre
declarare curabimus, que felicissime va:
leat et nos diligat. Datum 1524.